

primorum XXXI. cum triente, qualem etiam Solis per dioptrā Hipparchicam se comperiſſe fatetur, umbræ uero partis unus, ſcrup. primorum XXXI. ac trientis, existimauitq; hęc eſſe ad inuicem, ut XIII. ad V. quod eſt, ut duplum ſuperpartiēs tres quintas.

Quomodo Solis & Lunæ à terra distantia, eorumq; diametri, ac umbræ in loco transitus Lunæ, & axis umbræ ſimul demonſtrentur. Cap. XIX.



Voniam uero Sol parallaxim facit aliquam, quæ cum modica ſit, non adeo facile percipitur, niſi q; hęc ſibi inuicem cohärent, diſtantia uidelicet Solis & Lunæ à terra, ipsorumq; & umbræ transitus Lunæ diametri & axis umbræ, quæ propterea inuicem ſe produnt in demonstrationibus resolutorijs. Primū quidem recenſebimus de his Ptolemæi placita, & quomodo illa demōstrauit, è quibus, quod uerissimū uifum fuerit, eliciemus. Assumit ille diametrū Solis apparentē ſcrup. primorū XXXI. & tertiae, q; ſine diſcrimine utitur. Ipsi uero parem Lunæ diametrū plenæ nouaq;, dū apogaea fuerit, q;d ait eſſe in partibus LXIII. ſcrup. x. diſtantiae, quibus dimidia diametri terræ eſt una. Ex his reliqua demonſtrauit hoc modo. Esto Solaris globi círculus A B C, per centrum eius D, terreſtris autem in maxima eius à Sole diſtantia E F G, per centrum quoq; ſuum quod ſit K, lineæ rectæ uitrumq; contingentes A G, C E, quæ extenſæ concurrāt in umbræ mucronem, ut in ſ signo, & per centra Solis & terræ D K S, agantur etiam A K, K C, & connectantur A C, G E, quas minime oportet à diameſtris differre, propter ingentem earum diſtantiam. Capiantur autem in D K S æquales L K, K M, iuxta diſtantias quas Luna facit in apogæo plena nouaq; ſecundū illius ſententiam part. LXIII. ſcrup. x. quarum eſt E K pars una, Q M R diſmetiens umbræ ſub eodem Lunæ transitu, atq; N O L Lunæ diſmetiens ad angulos rectos ipſi D K, & extendatur L O P. Propoſitum eſt pri- mū inuenire quæ fuerit ratio D K ad K E. Cum igitur angulus N K O fuerit ſcrup. XXXI, & trientis, quorum III. recti ptes ſunt

H CCCLX